



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

VII. De fidelibus, qui praesides fiunt, vel rempublicam agere volunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

CANONES.

I.

PRIMO loco^d de obseruatione^e Paschæ Domi-
nici, vt vno die & vno tempore per omnem orbem a nobis obseruetur, & iuxta consuetudinem literas ad omnes tu dirigas.

De consec.
dist. 3. De
obseruatio-
ne Paschæ.

II.

De his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint ministri, in ipsis locis perseuerent.

Iuo part.x.
cap. 122.

III.

De his qui arma proiiciunt in pace, placuit abstineri eos a communione.

IV.

^e De agitatoribus qui fideles sunt, placuit eos, quamdiu agitant, a communione separari.

V.

De theatricis, & ipsos placuit, quamdiu agunt, a communione separari.

VI.

^f De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi.

VII.

^g De præsidibus, qui fideles ad præsidatum profiliunt, placuit, vt cum promoti fuerint, literas accipiant Ecclesiasticas communicatorias: ita tamen, vt in quibuscumque locis gesserint, ab Episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, & cum cœperint contra disciplinam agere, tum demum a communione excludantur. Similiter & de his qui rempublicam agere volunt.